

vocabula reperimus incisionem hanc notantia; unum est **גָּרַר** in Hitpael, *seipsum incidit, ad sanguinis effusionem usq; scalpfit; laceravit in luctu carnem.* (Sic Schindl. qui confert cum radice **גָּרַר**. literæ enim **ג** & **ר** facilè permutantur, quod in vulgus notum) propriè notat incurfionem facere, hincq; est, irrumperre cultris in cutem corporis. Alterum v. est **שָׂרַט** quod idem ipse exponit per *incidere ad sanguinem usque, lacerare, scalpello aperire, scarificare:* (ab hinc enim in lingua Arab. **سَرَات** scarificator.) inde etiam est **שָׂרַטָה** (*Lev. 21, 5.*) incisura, quam faciebant digitis, (ungvibus, ut nunc apud profanos vidimus,) aut instrumentis lacerabant carnem suam usque ad sanguinis effusionem. Exemplum ejusmodi incisorum, laceratis vestibibus & c. deplorantium interitum Hierosol. vide *Jerem. 41, 5. C. 16, 6.* minatur Deus, quod neque ob magnatum neque tenuium mortem **יִקְרַח** decalvabit se quisquam, nec **יִתְגַּוֵּר** (usitata igitur alijs hæc fuere in populo Dei inter funera) Conf. *Jer. 47, 5. C. 48, 37.* (ubi super omnes manus ejusmodi **גָּרָרִים** ponuntur; uti & apud profanos exempla sunt, laceratorum pectorum, laceratorum & c.) *Lev. 19, 28. 5. 21, 5. Deut. 14, 1.* præsertim verò lucem hic nobis præfert *locus 1. Reg. 18, 28.* ubi de sacrificulis Baaliticis ob numinis sui silentium refertur, quod lugentes in clamantesq; **יִתְגַּוֵּר** inciderint se, irruptione quasi facientes in carnem suam, (sic n. radix hæc **גָּרַר** & **גָּרַר** turmā alijs significat:) pro more suo **בַּחֲרָבוֹת** cultellis **וּבְרַמְחִים** & lanceolis (*Luth. mit messern vnd psriemen:*) usque dum effunderetur sanguis. Non igitur absone conjiciemus, eundem ritum & instrumenta alijs etiam in locis, ubi hæc vox occurrit, significari. Conferri hic possent hodierni sacrificuli Turcici ut & Monachi, hamatis suis catenis aut flagellis se incidentes.

III. CINERIS INSPERSIO.

I. Succedit adhuc alia capitis deformandi consuetudo; quando scriba cinere conspergebatur, vel etiam pulvere terræ tenuiore. Sed quidni potiùs farina aut aliud quid pulverulentum

B 2

hic